

Sigismundus primus rex Polonia,
cardinalibus.

119

Reverendissime etc: Accepimus nuper ter-
nas literas sanctissimi domini nostri, ex
quibus cognovimus quam parvi momen-
ti fuerint apud eius sanctitatem preces
et postulata nostra, cum de rebus aliis va-
tio equis et levibus, tum præcipuè de con-
firmando episcopo Ploensi à nobis designa-
to, præter quem, cum alium quemcumque ad-
mittere, neque volumus, neque ullo pacto eti-
amsi vellemus, possumus, nolentes autem
quidquam prætermittere, quo ius nostrum
ultra motum aliquem pernitiosum, obtinere
valeamus, mittimus ad eius sanctitatem
hunc nuntium nostrum, ut tanto clari-
us de illius voluntate edocuemur, nè quid
per nos, quod ad ius nostrum tuendum
oportunum esset, tenuè commissum vide-
retur. Rogamus ergo reverendissimam domi-
nationem vestram, velit eidem nuntio sic
adesse, ut cognoscamus nostram de illa
fiduciam non vanam existisse, quod illi
rursus omnibus amicitie officiis referre
curabimus, valeat optimè reverendissima do-
minatio vestra, et nos diligat. Datum

